



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 44.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

eminens abscondi. Quomodo inuisibilis est, aut fuit, si volucres aduolent, & in ramis insident, ut Baza vertere maluit, nidulantur, & quasi tabernacula ponunt. Ecclesiam ait Sophron. cœtum infirmum, exiguum, egenum & pauperem, sed sperantem in nomine Domini, qui etiam collatus regni, & imperijs contemptus est, tamen maior sit & superior ac gloriosior omnibus regnis, quæ delentur, aut Ecclesiæ per fidem subijci. Volucres non tantum pji sunt, sed etiam mali, qui tamen credentes ad Ecclesiam veniunt. Pertinent, inquit Aret. huc exempla Philosophorum & doctorum, qui ex Ethnicis sese ad Ecclesiam contulere, qualis Origenes, Gregorius, Chrysostomus, alijque. Deinde accessio gentium sensim & sensim facta, donec totum orbem quasi hortum occuparit illud granum. Imperium ipsum & principes subegit. Illa vis est latens, & clam penitens hominum peccata. Sed expendatur hic etiam officium huc confugientium, non solum in vmbra eius delitescendum est: sed opera danda ut nidifiant, & inde soboles propagentur. Hæc iste vere, vnam hæc eadem cogitent, qui Ecclesiam toto sparsam orbe, regibus & principibus imperantem, gentes subijcientem fide, occultam tamen fiant, & inuisibilem.

Eadem est vis alterius similitudinis vers. 33. *in celis & 34.*

§. 3. Aliam parabolam locutus est eis: *Simile est regnum celorum fermento, quod accepit mulier abscondit in farina satribus, donec fermentatum est totum.*

Fermentum duo habet, corruptionem naturæ, & gratiam acorem. Est enim quod in vino acetum, id in massa fermentum, ideo in malam puerum fumi interdum solent, ut Corinth. 5. 6. & 7. Est vero hæc corruptio seu acor ex putrefactione inchoata, ideoque calorem continet, ut omnia quæ putrescere incipiunt, per eum efficit, ut cum miscetur massæ, eam dilaret, acorem indat, & quidem celeriter maxime cum massa est triticea, & in reg. onibus calidis, ab hoc effectum sumitur parabola, qua in crementum Evangelij demonstratur, corruptionis hic nulla habetur ratio. De lato vide Brug. Vincentium, Villalpan.

Abscondit, ita commiscet, ut non appareat. Mulier illarum enim erat pinlere. Sara Gen. 18. 6.

Tota massa mundas est, fermentum est Evangelium, quod totum eum afficit, & peruens omnia non potest esse absconditum. Miscetur à muliere, sapientia æterna. Massa enim ex sese iners, insipida, immota manet, fermenti calore crescit.

VERSVS 43.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum: Qui habet aures audiendi audiat.

QUESTIO I.

Qualis iustorum fulgor?

§. 1. Fulgor sanctorum huius mundi squalori, tenebris, afflictionibus opponitur, deum tenebris exterioribus, in quas impij conijciuntur, qui eunt ignem velut sterco terræ. Omnes vero iustos clara in luce resurgentes conspiciant. Deus lux dicitur, & filius lux de luce, & lucem inhabitare inaccessibilem. Lux igitur Dei puritatem, sanctitatem, maiestatemque significat, atque ex ea luce lux minor

magnæ lucis *ἀπαργίζ* tius de gloria sanctorum dicitur. Hinc & Angeli lucis nominantur, ut demones potestates tenebrarum. Et fere cum apparent, magna luce apparent.

§. 2. Veram etiam corpora beatorum induent, *Verā in erit enim primaria corporum immortalium dōs, celo lux.* fulgor: ideoque cœtus admirabilis, ubi myriades solis instar collucentium. Calvinianus Tossanus Metaphoricè lucem interpretatur, atque ex eo probat non poss. etiam caminum ignis proprie accipi. Nos potius inuertimus argumentum, & quia lucebunt illi proprie, etiam alij ard. bunt. Erit autem talis gloria, qualis non auferet naturam, sed adferet gloriosam immortalitatem: Augustin. Enchirid. capite 19. Si enim Sol & Luna septemplum luce splendeant, *Verā lux sanctorum corporum.* cur veram corporibus lucem negemus? Angeli in resurrectione fulgentes & ascensione apparent, cum corpora non habeant, cur non ergo corporibus beatorum lucem veram tribuamus.

§. 3. Tossanus probare conatur, non fore duos in gloria cœlesti gradus, quia cum omnes iusti fore dicantur instar solis: [Nam quod 1. Cor. 15. cœtiam scribit esse lucem, & gloriam solis, Luna, & aliorum astrorum: non huc spectat ut diuersos gradus gloriæ exponat, sed illis respondeat, qui assequi non poterant, quomodo vnum & idem corpus possit esse in terris humile & corruptibile, in cœlis autem gloriosum. Id ostendit Apostolus exemplis obuijs, quod eadem animalia, & corpora diuersum tamen habeant formam & pulchritudinem: Alia enim est caro piscium: alius splendor Solis, alius Lunæ.]

De loco ad Corinthios alia disputatio est, suo ordini reuertenda. Nunc hoc explicandum, non ideo comparitatem gloriæ esse, quia omnes Soli comparantur. Neque enim lucis æqualitas indicatur, ut nec minor, nec maior sit in aliquo, quam in Sole. Sed magnam lucem fore prædicat, qualis est Sol's, in quibusdam maior, forte in nullo minor. Daniel. cap. 12. *Non aqua- litas sed similitudo indicatur.* 13. comparatæ splendore firmamenti, eosque qui ad iustitiam erudierint multos stellis confecti, lucebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates. Quamobrem si non pugnant Daniel & Christus, non debet de æqualitate intelligi comparatio, sed de similitudine. Quemadmodum enim insigni luce Sol & Luna in firmamento refulgent, ita & iusti. Soli viros illustres conferre vilitatum est.

Brutum Asia solem, stellasque salubres, appellat comites, Viri illi rudis adulator apud Satyricum. Clypeum solis instar stes soli fulgentem esse iubet comicus Thraso. Sic etiam scri- prura loquitur Ecclesiastici 50. 6. Quasi stella maturatur, na in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet, quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

Nec solis eadem semper lux diffunditur, interdum obscure fulget, aliquando lucet in virtute sua, Apoc. 1. 16. Denique vilitatum est in h's non indicat paritatem. Quis enim dicat. Sanctorum omnium folio mino equalem esse lucem. Nullum maiorem habere, nec minorem.

VERSVS 44.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & prægauit illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.

Qv 2.

QVÆSTIO I.

Quid similitudo thesauri?

§. 1. **P**recium Evangelij hæc parabola indicat. thesaurus, magna pecunia sunt, & opes, inuenti magnum gaudium, tale est Evangelij auditi. Absconditur, ne quis præcipiat, non quod vnus fides alteri obstat, sed accommodare exponit inuentoris curam & sollicitudinem, quamvis interdum ita de beatitudine loquitur, quasi vnus eam adipisci non possit, nisi alter amiserit, Rom. 11. 19. Apoc. 3. 11. sed more humano. Ardentem enim hoc appetitur, quod æmulos & riuales habet. Magnum enim bonū putant, quod multi petunt. Scopus igitur istius parabole est, dignitatem Evangelij, qua reddimur beati, demonstrare.

Non ita Evangelium prædicandum dicimus, vt faciant Flacciani, vt negemus, in eo vllum præceptum esse: penitentiam enim prima voce inculcat. Quod etiam Calvinista Scharpius fatetur, cursu Theol. de Evangelio.

Nec ab hac explicatione receditur, cum Christus thesaurus dicitur, quia in Evangelio Christus reuelatur, & a fidelibus retinetur. Irenæus lib. 4. cap. 43. sic intelligendus est. Nam Christum olim in agro absconditum, nunc inuentum, ait. Ita sane Christum nunciat, vt simul exhibeat. Per Evangelium viuimus. 2. Tim. 1. 10. Manifestata autem est nunc (gratia) per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & in corruptionem per Evangelium.

Per Evangelium mors abolita est: quia eo Christus vsus est, vt aboleret: homines erudiendo, gratiam dando. Per hæc sacrificium sanguinis, quo precium soluit, applicatur.

VERSUS 45. 46.

Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori, querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

QVÆSTIO I.

Quid margarita?

§. 1. **M**argarita est regnum celorum, seu Evangelium, nos negotiatores. sensus ergo, id quod negotiator agit in emendis margaritis, id nos agere debere in acquirendo regno celorum, seu tale quid agit in regno celorum, seu in Evangelio, quale sit in negotiatione gemmarum. Margaritam vero pro omnibus gemmis nominat, quarum magnum est precium.

De Margaritis Plin. lib. 9. c. 35. [Origo argue gemmarum, nitura concha, est haud multum ostrearum conchis differens. Has ubi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam oscitatione, impleti toscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti: partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem conspici: si vero turbidus, & sordidus fore, eundem pallere, cælo minante conceptum: ex eo quippe constare, cælique eis maiorem societatem esse, quam maris, inde nubi-

lum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum. Si tempestiue latuerit, grandescere, & paratus.]

Hæc in Evangelium præclare conueniunt, cuius autem facile est accommodare, nec plura addo, cum plerique hoc in genere nimij sint.

§. 2. Evangelium Margarita etiam in eo simile est, quod in paruo angustoque vtriusque sit precium, ideoque non nisi à petitis aestimari solet. Pueri & rudes ludicra, aut poma præstant: nec enim magni quicquam aestimant, nisi quod tale oculis appareat, nec vile, nisi cuius vsum in præsens intuentur. Evangelium vero ludæis scandalum, gentibus stultitia est. Mirantur pro tantillo margaritæ corpulculo, agros, domos, vitam denique ipsam impendi.

VERSUS 47. 48.

Iterum simile est regnum celorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.

QVÆSTIO I.

Que vera lectio?

§. 1. **I**n Græcis non est, ex omni genere piscium: nam piscium, omittitur, ideo Beza alijque algam, herbas, sordes intelligunt. Beza. [Verus interpretat: dicit piscium nomen, quoniam videlicet de piscatione agitur, nec inde videtur τὸν ὀρεῖον epitheton piscibus conuenire. Sed per pauci sunt pulvis vsus, & si qui forte in aquis ipsis mortui computruerunt, quod raro accidit, cum supernarent, vix possint in sagenam dici incidisse. Itaque τὸ καλὰ potius dicendum vocari pisces, nec autem vocari algam, filices, arénulas, & sordes denique, quales solent ex aquarum fundo à piscatoribus attrahi, & rursum in aquas proijci: quamuis fortasse non fuerit ineptum de cæteris rebus in cilibus accipere, quæ vnâ cum piscibus ex aquarum fundo euericulo attrahuntur.]

Addendum tamen, & ex latino Græcus & Syrus textus corrigendus est. Nam omnes Latini patres ita legunt. Origenes vero etiam, & Græci a iij de piscibus interpretantur, vt est apud Origenem in cap. 13. vbi ait, malos pisces foras abijci. Erasmus Sabaudini ait, non tamen ex Hieronymi Chrysostomi que interpretatione colligi, additum sit, nec ne. Quod quidem ad Hieronymi nomine editos commentarios attinet, non est dubium; in illis enim legitur, & exponitur.

Iterum simile est regnum celorum sagena missa in mare, &c. Impleto Hieremie vaticinio dicentis: Ecce ego mittam ad vos piscatores, multos: postquam audierunt Petrus, & Andreas, & Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi: Sequimini me, & faciam vos piscatores hominum: contuleruntque sibi ex veteri & nouo testamento sagenam euangelicorum dogmatum, & miserunt eam in mare huius sæculi: qua vsque hodie in medijs fluctibus tenditur, capiens de falsis & amarguribus quicquid inciderit, id est, & bonos homines & malos, & optimos pisces & pessimos. Cui autem venerit consummatio & finis mundi (vt ipse infra manifestius disserit) tunc sagena extrahetur ad litus: tunc verum secernendorum piscium signum demor-